

ПРИЛОЖЕНИЕ



Problemy istorii, filologii, kul'tury
1 (2024), 238–261
© The Author(s) 2024

Проблемы истории, филологии, культуры
1 (2024), 238–261
© Автор(ы) 2024

DOI: 10.18503/1992-0431-2024-2-84-238–261

L. ANNAEUS SENECA
SUASORIA VI

Л. АННЕЙ СЕНЕКА СТАРШИЙ
VI СВАЗОРИЯ

(Латинский текст, заметка о тексте и перевод с латинского Г.Л. Криволапова,
вступительная статья и комментарий Е.В. Снедковой)

Часть 2¹

[12] Alteram partem pauci declamauerunt; †nemo (paene)†² ausus est Ciceronem ad deprecandum Antonium hortari; bene de Ciceronis animo iudicauerunt. GEMINVS VARIVS declamauit³ alteram quoque partem et ait: spero me Ciceroni meo persuasurum, ut uelit uiuere. quod grandia loquitur et dicit: 'mors nec immatura consulari nec misera sapienti', non mouet me; †idiotam petit†⁴. ego belle mores hominis noui: faciet⁵, rogabit. nam quod ad seruitutem pertinet, non recusabit; iam collum tritum habet. et Pompeius illum et Caesar subiecerunt⁶. ueteranum mancipium uidetis. et complura alia dixit scurrilia, ut illi mos erat.

[13] diuisit sic, ut diceret non turpiter rogaturum, non frustra rogaturum. in priore parte illud posuit, non esse turpe ciuem uictorem rogari a uicto. hic, quam multi rogassent C. Caesarem, hic et Ligarium. deinde, ne iniquum quidem esse Ciceronem satisfacere, qui prior illum proscripsisset. †qui

¹ Часть I – см. ПИФК 1 (2024). Латинский текст, заметка о тексте и перевод подготовлены Г.Л. Криволаповым, вступительная статья и комментарий – Е.В. Снедковой.

² (paene) post nemo add. Gertz, quem sequ. Wb.¹ (II, 572) et Feddern (417 f.), nemo a et cett., (fere) ante nemo add. Håk. (361) – locus confusus

³ (de)clamauit B²r et recc., clamauit a

⁴ idiotam petit con. Burs. (31) praeunte Schult. ((nec enim) idiotam petit uel potius idiotam petat), quem sequ. Feddern (419 f.), idiotam (ideo tam B) perit a, (ne) ideo uitam petat con. Schult., ideo tamen (non) peribit con. Kiessl. (40), idiotam gerit con. Müll. (564), quem sequ. Born. (II, 335 f.) Edward (26, 69) Wb.¹ (II, 572–575) Zan. (168 f.), idiotam (iam) geret con. Gertz, idiotam deceperit con. Walter (240) fort. recte, ideo iam perit? con. Håk. (361) praeunte Morgensterno ((nec) ideo iam perit), ideo tamen supererit con. Vsener – locus grauiter corruptus, necdum sanatus

⁵ faciet AV (cf. Contr. exc. IV.8) et recc., ficiet B, (satis) ante faciet add. Gertz

⁶ subiecerunt BV et recc. (cf. Liv. XXVIII.21.9 = subicere), subierunt A, subiegerunt con. Novák et Vsener, subegerunt con. Müll. (564), quem sequ. Håk. (361)

*litem incohasset*⁷, ab eo⁸ semper nasci⁹ satisfactionem, †ac data rogari¹⁰. deinde, non pro uita illum sed pro re publica rogaturum: satis illum sibi uixisse, rei publicae parum. in sequenti parte dixit exorari solere inimicos: ipsum exoratum¹¹ a¹² Vatinio Gabinioque reis¹³ adfuisse¹⁴. facilius exorari Antonium posse, †cui contentio¹⁵ esset, †ne quis (e) tribus¹⁶ hanc tam speciosam clementiae occasionem praeriperet¹⁷. fortasse ei¹⁸ irasci Antonium, qui ne¹⁹ tanti quidem illum²⁰ putasset, quem²¹ rogaret. [14] fuga quam periculosa esset, cum descripsisset, adiecit: quocumque peruenisset, seruiendum illi esse: ferendam esse aut Cassii uiolentiam aut Bruti superbiam aut Pompei stultitiam.

Quoniam in hanc²² suasoriam²³ incidimus, non alienum puto indicare, quomodo quisque se ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit. nam, *quin*²⁴ Cicero nec tam timidus fuerit, ut rogaret Antonium, nec tam stultus, ut exorari posse *eum*²⁵ speraret, nemo dubitat excepto Asinio Pollione, qui infestissimus²⁶ famae Ciceronis permansit. et is etiam occasionem scholasticis alterius suasoriae dedit. solent enim scholastici declamitare²⁷: deliberat Cicero, an salutem promittente²⁸

⁷ qui *litem incohasset coni. Burs. (32), quem sequ. Håk. (361) et Feddern (422 f.) fort. recte*, quietem (-tum **V**, qui et eum **B**²) iudicasset **a**, qui et hostem iudicasset *coni. Otto*, qui aequum iudicasset *coni. ed. Schott.*, qui et aequum iudicasset *coni. Schult.*, an qui hostem iudicasset (*coni. Gron., quem sequ. Kiessl. (40) et Müll. (565), cf. Cic. Phil. III.6 et XIII.39?*) – locus grauius corruptus, necdum sanatus

⁸ ab eo **a** et *recc.*, ab reo *coni. Schult.*, a reo *coni. Vsener et Gertz, quos sequ. Müll. (565)*

⁹ semper nasci **a** et *recc.*, expectari *coni. Vsener*, semper (qui laesisset) *coni. Novák*

¹⁰ ac data rogari *coni. Burs. (32), quem sequ. Feddern (423) fort. recte (cf. § 2)*, ac dacto rogari **A** et *Kiessl. (40)*, ac dato rogari **BV**, audacter rogaret *coni. Traube, quem sequ. Müll. (565)*, audacter roganti uel rogantibus *anon.*, satis dato rogari *coni. Vsener*, (eum) aequo pacto rogare *coni. Wagner*, ac laesum rogari *coni. ed. Schott.*, ac pacem rogari *coni. Gertz*, (et uictorem) a uicto rogari *coni. Linde*, eo pacto (posse) rogari *dubit. Müll. (565)*, directo rogari *coni. Thomas*, ac (ueniam tempore) dato rogari *dubit. Novák*, a capto rogari *coni. Sh. Bailey 1993 (51)*, an a coacto rogari (*coni. Håk. (361) cf. § 7?*) – locus grauius corruptus, necdum sanatus

¹¹ exoratum **V**² et *recc.*, exortatum (ehor- **V**) **a**

¹² a **a** et *recc.*, *del. Müll. (565)*

¹³ Gabinioque reis *coni. Gertz, quem sequ. recc.*, gaio quoque uerri (uerra **A**) **a** atque *Burs. (32) et Kiessl. (40)*, Gabinio *coni. ed. Schott., del. Wb.¹ (574)*

¹⁴ adfuisse **a** et *recc.*, ad(futurum) fuisse *coni. Schult.*

¹⁵ cui contentio *coni. Phillimore (Edward 140), quem sequ. Feddern (424 f.) fort. recte (cf. Cic. Fam. I.9.19)*, qui cum tertio (-ius **B**²**V** et *Kiessl.*) **a** et *recc.*, qui uel cum delendum cens. *Schult.*, Illuir pro tertio scripsit *ed. Schott.*, [qui] cum Illuir *coni. Watt 1984 (104) praeuinitibus ed. Schott. et Schult.*, (curaturus esset) post tertius esset *suppl. Burs. (32) – locum lacunosum suspicor*

¹⁶ ne quis (e) tribus *coni. Faber, quem sequ. Müll. (565) et Feddern (425)*, ne quis tribus **a**, ne quis (ex) tribus *coni. Burs. (32), quem sequ. Håk. (361) cf. Contr. IX.5.4*, ne quis (sibi) (e) tribus *coni. Phillimore (Edward 140)*, reliquis III (uiris) *coni. Kiessl. (40) – locus confusus*

¹⁷ praeriperet **AB** et *recc.*, praeteriret **V**

¹⁸ fortasse ei *coni. C.F.W. Müll., quem sequ. recc. (quia Cicero hinc actor est)*, fortasset **AB**, fortasse **V**, fortasse et **B**² atque *Burs. (32) et Håk. (362)*

¹⁹ qui ne **B**²**V** atque *Müll. (565) et Feddern (425) fort. recte*, qui **A**, quin **B**, quia ne *coni. Jahn, quem sequ. recc.*, quod ne *coni. Gron.*

²⁰ illum **V**² et *recc.*, ullum **a**

²¹ quem **BV** et *recc.*, quam **A**

²² hanc **V** et *recc.*, hac **AB**

²³ suasoriam **AV** et *recc.*, suasoria **B**

²⁴ quin *coni. Gron., quem sequ. recc.*, que **a**

²⁵ posse eum *coni. Kiessl. (41), quem sequ. Müll. (566) et Feddern (427) fort. recte*, possem **AB**, posse **A**²**B**²**V** atque *Burs. (32) et Håk. (362) cf. Contr. IX.4.11*

²⁶ qui infestissimus **V** et *recc.*, quin festissimus (-isi **A**) **AB**

²⁷ declamitare *coni. Burs. (32), quem sequ. recc. (cf. Suas. IV.4)*, declamatores **a**, declamatores (ponere) **D**, declamare *coni. Novák*

²⁸ promittente **B**²**V** et *recc.*, promittentem **AB**

Antonio orationes suas comburat. [15] haec²⁹ inepte ficta cuilibet uideri potest. Pollio uult illam³⁰ ueram uideri³¹; ita enim dixit³² in ea oratione, quam pro Lamia edidit³³.

ASINI POLLIONIS³⁴. Itaque numquam per Ciceronem mora³⁵ fuit, quin eiuraret³⁶ suas esse³⁷, quas³⁸ cupidissime effuderat orationes in Antonium; multiplicesque numero et accuratius³⁹ scriptas illis⁴⁰ contrarias edere ac uel⁴¹ ipse palam pro contione recitare pollicebatur⁴².

Ceteraque⁴³ his alia sordidiora multo, ut [tibi]⁴⁴ facile liqueret hoc totum adeo falsum esse, ut ne ipse quidem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. huic certe⁴⁵ actioni eius pro Lamia qui interfuerunt, negant eum haec dixisse – nec enim mentiri sub triumuirorum conscientia sustinebat – sed postea composuisse.

[16] Nolo autem uos, iuuenes mei, contristari, quod a declamatoribus ad historicos transeo. satisfaciam uobis, et⁴⁶ fortasse efficiam, ut his sententiis lectis⁴⁷ solidis⁴⁸ et uerum habentibus⁴⁹ recedatis⁵⁰. †et quia⁵¹ hoc, si tamen⁵², recta uia†⁵³ consequi non potero, decipere uos cogar⁵⁴ uelut salutarem daturus pueris potionem †sumpti poculi†⁵⁵.

²⁹ haec (sc. suasoria) **B²V** et recc., hoc **AB**

³⁰ illam **V** (corr. ex ullam **B** uel **B²**) et recc., ullari **A**

³¹ uideri **B²r** et recc., uidere **a**

³² dixit **a** et recc., dicit con. *Schult.*

³³ edidit con. *Schult.*, quem sequ. recc. (propter sensum, qui a Seneca in § 15 traditur), dedit **a** atque *Burs.* (32) et *Feddern* (428 f.)

³⁴ Asini Pollionis **a** et recc. (coll. §§ 16 et 17), del. *C.F.W. Müll.*

³⁵ per Ciceronem mora con. *Burs.* (32), quem sequ. recc. (cf. *Cat. Agr.* 148.1; *Liv.* XLIV.37.4 = mora est per aliquem), perficere nemora (nec mora **V**) **a**

³⁶ eiuraret **B²V** et recc., eiura **A**, eiurares **B**

³⁷ suas esse **a** et recc., del. *Gron.*, quem sequ. *Håk.* (362), suas [esse] con. *Müll.* (566), suas istas con. *Schult.*, submitte con. *Gertz*

³⁸ quas **B²V** et recc., quis **AB**

³⁹ accuratius **B²r** et recc., accusatius **a**

⁴⁰ illis **V** et recc., illas **AB**

⁴¹ uel ed. *Rom.*, quam sequ. recc., uelut **a**

⁴² pollicebatur **a** et recc. (cf. *Caes. BGall.* IV.21.5), polliceretur con. *Gertz*

⁴³ ceteraque **a** atque *Burs.* (32) et *Feddern* (430), adieceratque con. *C.F.W. Müll.*, quem sequ. *cott.*, atque con. *Gertz*

⁴⁴ ut [tibi] con. *Brakman* (14), quod ego cum *Paulina* acc., ut tibi **a** atque *Burs.* (32 f.) et *Feddern* (430), ut ibi con. *Müll.* (566), quem sequ. *Håk.* (362), ut cuilibet con. *C.F.W. Müll.*, ut || cuilibet con. *Kiessl.* (41), unde con. *Gertz*

⁴⁵ huic certe **a** et recc., ceterum huic con. *Gertz*

⁴⁶ et **a** et recc., sed con. *Gertz*

⁴⁷ lectis **a** et recc., inlecti dubit. *Gertz*

⁴⁸ solidis **a** et recc., solida con. *Håk.* (362)

⁴⁹ habentibus **B²V** et recc., habenti **AB**, habentia con. *Håk.* (362), agentibus con. *Madu.*

⁵⁰ recedatis **a** atque *Burs.* (33) et *Feddern* (432) fort. recte cf. § 27, recipiatis con. *Håk.* (362), accedatis con. *Gertz*, (a scholasticis) recedatis con. *Burs.* (teste *Müll.* 566), quem sequ. *Müll.* (566) et *Kiessl.* (41), (robur a scholasticis) recedatis con. *Castiglioni* (124), (a uanis et falsis) recedatis con. *Schenkl*

⁵¹ et quia **a** atque *Håk.* (362) et *Feddern* (433) fort. recte, sed quia uel aequiores uel ex uia dubit. *Burs.* (33), quem sequ. (sed quia) *Müll.* (567) et *Kiessl.* (41), et quidem con. *Sh. Bailey* 1969 (321)

⁵² si tamen **D** atque *Burs.* (33) et *Feddern* (433) fort. recte, sitam **a**, propositum con. *Burs.* (teste *Müll.* 567), quem sequ. *Müll.* (567) *Born.* (II, 338) *Zan.* (170), del. *Brakman* (14) *Wb.*¹ (II, 578) *Wb.*² (31), statim con. *Håk.* (362), si cupiam con. *Watt* 1984 (104), si iam con. *Kiessl.* (41), si eam con. *Gertz*

⁵³ recta (-tam **A**) uia **a** et recc., [sitam] sua uia con. *Vsener*

⁵⁴ cogar **a** et recc., cogor dubit. *Gertz*

⁵⁵ sumpti (samti **A**, sumti **B**) poculi (populi **AB**) **a** et *Feddern* (433 f.) fort. recte (cf. *Suet. Domit.* 21.1 et *Cic. Verr.* II.5.28), absinthiati poculi con. ed. *Heru.* et ed. *Rom.*, quas sequ. *Burs.* (33) et *Kiessl.* (42), sum(ma) parte poculi con. *Schult.*, quem sequ. *Håk.* (363), sumpto poculo uel sumptis poculis con. *Burkard*, sumite pocula con. *Müll.* (567), quem sequ. *Born.* (II, 338) et *Wb.*¹ (II, 578), suauitate poculi con. *Vsener*, sumitote con. *Mommsen*, (melle) ungit poculum con. *Gertz* – locus grauiter corruptus, necdum sanatus

*Liuius*⁵⁶ adeo retractationis⁵⁷ consilium habuisse Ciceronem non dicit, ut neget tempus habuisse; ita enim ait:

[17] *T. LIVI*⁵⁸. Marcus⁵⁹ Cicero sub aduentum⁶⁰ triumuirorum urbe cesserat pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio se eripi⁶¹ quam Caesari Cassium et Brutum posse. primo in Tusculanum⁶² fugerat⁶³; inde transuersis itineribus in Formianum ut ab Caieta nauem conscensurus proficiscitur. unde aliquotiens in altum prouectum cum modo uenti aduersi retulissent⁶⁴, modo ipse iactationem nauis caeco uolente fluctu pati non posset, taedium tandem eum et fugae et uitae cepit regressusque ad superiorem uillam, quae paulo plus mille passibus a mari abest⁶⁵, 'moriar' inquit 'in patria saepe seruata'. satis constat seruos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam et quietos⁶⁶ pati quod fors⁶⁷ iniqua cogeret iussisse. prominenti ex lectica praebentique immotam⁶⁸ ceruicem⁶⁹ caput praecisum est. nec⁷⁰ satis stolidae crudelitati militum fuit: manus quoque scripsisse aliquid⁷¹ in Antonium exprobrantes praeciderunt. ita relatum caput ad Antonium iussuque eius inter duas manus in rostris positum, ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno aduersus Antonium quanta nulla umquam humana uoce⁷² cum admiratione eloquentiae⁷³ auditus fuerat. uix attollentes⁷⁴ lacrimis oculos homines⁷⁵ intueri trucidata⁷⁶ membra cuius⁷⁷ poterant.

[18] Bassus Aufidius et ipse nihil de animo Ciceronis dubitauit, quin fortiter se morti non praebuerit tantum, sed obtulerit:

AVFIDI BASSI. Cicero paulum remoto uelo postquam armatos uidit, 'ego uero consisto' ait; 'accede, ueterane, et, si hoc saltem⁷⁸ potes recte facere, incide ceruicem'. trementi deinde dubitantique 'quid, si⁷⁹ ad me' inquit 'primum uenissetis?'

[19] Cremutius Cordus et ipse ait Ciceronem⁸⁰, cum cogitasset⁸¹, utrumne Brutum an Cassium an Sex. Pompeium peteret, omnia⁸² illi⁸³ displicuisse praeter mortem.

⁵⁶ *Liuius coni. ed. Rom., quam sequ. Burs. (33) et Feddern (434) uide §§ 18 f. (exempla Aufidi Bassi et Cremuti Cordi), huius a, (T.) ante Liuius suppl. Vsener Mommsen Gertz et cett.*

⁵⁷ retractationis *coni. ed. Schott., quam sequ. rec. (cf. Cic. Phil. XIV.38), detractio A, detractationis B, detrectationis V*

⁵⁸ *T. Liui coni. Burs. (33) coll. §§ 21 et 22, quem sequ. rec., L. Liui AB, L. Liuii V, del. C.F.W. Müll. et Otto*

⁵⁹ Marcus *a et rec., M. ug (teste Feddern 134) atque Müll. (567) et Håk. (363)*

⁶⁰ aduentum *AB et rec., aduentu V*

⁶¹ se eripi *r et Håk. (363), [se] om. a atque Burs. (33) et Feddern (435), (se) post magis transp. Kiessl. (42), (se) post eripi ponunt ug (teste Håk. 363) et Müll. (567)*

⁶² Tusculanum *V² et rec., tuscula non a*

⁶³ fugerat *B² et rec., fuerunt a, fugit V² et Burs. (33)*

⁶⁴ retulissent *a et rec., rettulissent ug (teste Feddern 134) atque Müll. (567) et Håk. (363)*

⁶⁵ post abest lac. *indic. Lucarini (145)*

⁶⁶ quietos *r et rec., quias AB, quia V, quiduis dubit. Burs. (33), aequis animis coni. C.F.W. Müll.*

⁶⁷ fors *a et rec. (cf. Liv. V.20.9), sors r atque Müll. (567) et Kiessl. (42)*

⁶⁸ immotam *V² et rec., immota a*

⁶⁹ ceruicem *ABV² et rec., ceruice B²V*

⁷⁰ {id} post nec suppl. *Müll. (567), {hoc} post nec suppl. Gertz*

⁷¹ aliquid *a et rec., del. Schaefer*

⁷² uoce ego *coni., uox a et rec.*

⁷³ eloquentiae *V et rec., eloquentia AB, del. Konitzer*

⁷⁴ {madentes} post attollentes suppl. *Håk. (363) cf. Liv. XLIV.38.9, {prae} post attollentes suppl. Gron., quem sequ. Kiessl. (43) et Sh. Bailey 1993 (51) cf. ThLL X.2.378.57*

⁷⁵ homines *a et rec., humentes coni. C.F.W. Müll., quem sequ. Müll. (568)*

⁷⁶ trucidata *a atque Burs. (34) et Feddern (439) cf. Liv. V.45.3, trucidati coni. Haase, quem sequ. Kiessl. (43) et Håk. (363), truncata coni. Müll. (568), detruncata coni. Gertz*

⁷⁷ cuius *a et rec., ciuis coni. C.F.W. Müll., eius ug (teste Müll. 568), {tanti} ante cuius add. Hertz*

⁷⁸ saltem *V ('sic fort. scribendum' Håk. 363 putat), saltim AB et rec.*

⁷⁹ quid si *a et rec., quid? quasi coni. Jahn*

⁸⁰ Ciceronem *a et rec., Ciceroni coni. Burs. (34)*

⁸¹ cum cogitasset *a et rec., secum cogitasse coni. C.F.W. Müll., quem sequ. Müll. (568) et Kiessl. (43)*

⁸² {sed} ante omnia suppl. *C.F.W. Müll., {set} ante omnia suppl. Kiessl. (43)*

⁸³ illi *BV et rec., illa A et Burs. (34)*

CREMVTI CORDI. Quibus uisis⁸⁴ laetus Antonius, cum peractam proscriptionem suam dixisset esse (quippe non satiatus modo caedendis ciuibus sed differtus⁸⁵ quoque⁸⁶), super⁸⁷ rostra exponit⁸⁸. itaque, quo saepius ille⁸⁹ ingenti circumfusus turba processerat, quae⁹⁰ paulo ante coluerat piis contionibus⁹¹, <in> quibus⁹² multorum capita seruauerat, tum⁹³ per artus suos latus⁹⁴ aliter ac solitus erat a ciuibus suis conspectus est, praependenti⁹⁵ capiti⁹⁶ orique eius inspersa⁹⁷ sanie, breui ante princeps senatus Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris sui⁹⁸. praecipue tamen soluit pectora omnium in lacrimas gemitusque uisa ad caput⁹⁹ eius deligata¹⁰⁰ manus dextera, diuinae eloquentiae ministra. ceterorumque caedes priuatos luctus excitauerunt, illa una communem.

[20] BRVTTEDEI NIGRI¹⁰¹. Elapsus interim altera parte uillae Cicero lectica per agros ferebatur. sed ut uidit appropinquare notum sibi militem, Popillium nomine, memor defensum a se laetiore uultu aspexit. at ille uictoribus¹⁰² id ipsum imputaturus occupat facinus¹⁰³ caputque decisum nihil in ultimo fine uitae facientis, quod alterutram in partem posset notari, Antonio portat oblitus se paulo ante defensum ab illo.

et hic uoluit positi in rostris capitis miserabilem faciem describere, sed magnitudine¹⁰⁴ rei obrutus est:

[21] BRVTTEDEI NIGRI¹⁰⁵. Vt uero iussu Antonii inter duas manus positum in rostris caput conspectum est, quo totiens auditum erat loco, dato¹⁰⁶ gemitu¹⁰⁷ et fletu maximae¹⁰⁸ uiri¹⁰⁹ inferiae¹¹⁰,

- ⁸⁴ uisis **r** et *recc.*, luisis **a**
⁸⁵ differtus **B** et *recc.*, difertis **A**, defectus **V**
⁸⁶ quoque *coni. ed. Heru., quam sequ. recc.*, quod **A**, quodque **B**, quotque **V**
⁸⁷ super *coni. Haase*, sit (sint **V**) per **a**, iussit per *coni. Burs. (34) – locus corruptus*
⁸⁸ exponit **a** et *recc.*, exponi *coni. Burs. (34)*
⁸⁹ saepius ille **a** et *recc.*, saepissime *coni. Kiessl. (43)*, saepissime ille *dubit. Schenkl*, saepe uir ille *coni. Gertz*, (iterum ac) saepius ille *dubit. Müll. (568)*
⁹⁰ quae (*sc. rostra*) **a** et *recc.*, quam *coni. Wb.¹ (II, 580) Wb.² (39)*
⁹¹ coluerat piis contionibus (conationibus **AB**) **a** et *recc.*, caluerat piis contionibus *coni. Håk. (364)*, (aures) praebuerat piis orationibus *dubit. Müll. (568)*, coluerat plenis contionibus *dubit. Gertz*, coluerat praeclaris contionibus *coni. Ribbeck*
⁹² (in) ante quibus *suppl. Schult. (ego acc.)*, (sub) ante quibus *suppl. Gertz*
⁹³ (eo) ante tum *suppl. Gertz, quem sequ. Müll. (568)*, (ibi) tum *dubit. Håk.*
⁹⁴ suos latus **a** atque *Burs. (34) et Feddern (443)*, suos allatus **B²**, suos laceratus **V²** et *Kiessl. (43)*, sublatus *coni. Gertz, quem sequ. Müll. (568) et Håk. (364)*, suos (sub)latus *dubit. Håk. (364)*, suos (di)latus *coni. Lucarini (145)*, singulos laceratus *coni. C.F.W. Müll.*
⁹⁵ praependenti *coni. Burs. (34)*, quem *sequ. recc.*, praetendenti **a**, praetenta *coni. Schult.*, praecanenti *coni. Haase*
⁹⁶ capiti **a** et *recc.*, capillo *coni. Gertz, quem sequ. Håk. (364)*
⁹⁷ inspersa *coni. Haase, quem sequ. recc.*, inspona **AB**, impensa **V**
⁹⁸ sui **a** et *recc.*, serui *coni. Kiessl. (43)*
⁹⁹ caput **V** et *recc.*, cat **AB**
¹⁰⁰ deligata **r** et *recc.*, delicata **a**
¹⁰¹ Brutedi Nigri *edd.*, brotedi nigri (nicri **AB**) **a**
¹⁰² uictoribus **BV** et *recc.*, (uicto) uictoribus *a.c. A*
¹⁰³ facinus **BV** et *recc.*, facinus **A**
¹⁰⁴ magnitudine **BV** et *recc.*, magnitudines **A**
¹⁰⁵ Brutedi Nigri *ug (teste Fedderno 136) et recc. (cf. §§ 16–19)*, brotedi Nigri **a**, *del. C.F.W. Müll. et Morgenstern, quos sequ. Müll. (569) et Håk. (364)*
¹⁰⁶ dato **a** et *Feddern (447)*, datae *coni. Faber, quem sequ. recc.*, claro *coni. Gron. – hinc et ultra ego lectionem codd. Feddernique acc. (dato gemitu et fletu maximae uiri inferiae), qui in hac sententia (inferiae – sc. fuerunt aut sim.) fort. recte ellipsem indic.*
¹⁰⁷ gemitu **a** et *recc.*, (multo) ante gemitu *add. Walter (240)*
¹⁰⁸ maximae **a** et *recc.*, maximo *coni. Faber et Gron., quos sequ. Müll. (569) et Håk. (364)*, (manibus) post maximae *add. Walter (240)*
¹⁰⁹ uiri **a** et *recc.*, uiro *coni. Faber, quem sequ. Otto Müll. (569) Håk. (364)*, piis *coni. Gron.*
¹¹⁰ inferiae **a** et *recc. (inferiae [sc. fuerunt aut sim.]), inferias coni. Gron.*

nec, ut solet, *uitam*¹¹¹ depositi in rostris corporis¹¹² contio audiuit¹¹³, sed ipsa narravit: nulla non pars fori aliquo¹¹⁴ actionis inclutae¹¹⁵ signata uestigio erat, nemo non aliquod eius in se meritum fatebatur. hoc certe publicum beneficium palam erat illam miserrimi temporis seruitutem a *Catilina*¹¹⁶ dilatam in Antonium.

Quotiens magni alicuius *(uir)*¹¹⁷ mors ab historicis narrata est, totiens fere¹¹⁸ consummatio totius uitae et quasi funebris laudatio redditur. hoc, semel aut iterum a *Thucydide*¹¹⁹ factum, item¹²⁰ in paucissimis personis usurpatum a *Sallustio*, *T.*¹²¹ *Liuius* benignus¹²² omnibus magnis uiris praestitit¹²³. sequentes historici multo id effusius fecerunt. *Ciceroni* hoc, ut Graeco uerbo utar, ἐπιτάφιον¹²⁴ *Liuius* reddit:

[22] *T. LIVI*¹²⁵. Vixit tres et sexaginta annos, ut, si uis afuisset, ne immatura quidem mors uideri possit. ingenium¹²⁶ et operibus et praemiis operarum¹²⁷ felix, ipse fortunae diu prosperae. et¹²⁸ in longo tenore felicitatis magnis interim ictus uulneribus, exilio, ruina partium¹²⁹, pro quibus steterat, filiae¹³⁰ morte¹³¹, exitu tam tristi atque acerbo, omnium aduersorum nihil, ut uiro dignum erat¹³², tulit praeter mortem, quae¹³³ uere aestimanti minus indigna uideri potuit, quod a uictore inimico (*nihil*)¹³⁴ crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunae compos uicto¹³⁵ fecisset. si quis tamen uirtutibus uitia pensarit¹³⁶, uir magnus ac memorabilis fuit, et in cuius laudes exsequendas¹³⁷ *Cicerone* laudatore opus fuerit.

Vt est natura candidissimus omnium magnorum ingeniorum aestimator¹³⁸ *T. Liuius*, plenissimum *Ciceroni* testimonium reddidit.

¹¹¹ uitam conī. *Schult.*, quem sequi. *recc.*, ita **α**, rite conī. *Gron.*, laudes conī. *Gertz*

¹¹² (laudes) post corporis suppl. *Faber*

¹¹³ audiuit **B²V** et *recc.*, aut diuidit **AB**

¹¹⁴ aliquo **B²V²** et *recc.*, aliquae **α**

¹¹⁵ inclutae **B** et *recc.*, indute **A**, inclitae **B²V**

¹¹⁶ a *Catilina* conī. *Rebling* (8–10), quem sequi. *recc.*, ac alienam **α**, ac lanienam conī. *Gron.*, quem sequi. *Burs.* (35)

¹¹⁷ (uir) post alicuius suppl. *Gron.*, quem sequi. *recc. praeter Feddernum* (449)

¹¹⁸ fere **B²V** et *recc.*, ferre **AB**

¹¹⁹ a *Thucydide* conī. *ed. Heru.*, quam sequi. *recc.*, adhuc hydide **AB**, adhuc itidem **V**

¹²⁰ item **α** et *recc.*, idem conī. *Sander*

¹²¹ *T. τ* et *recc.*, l. **AB**, L. **V**

¹²² benignus **α** et *recc.*, benignius **D²** atque *Burs.* (35) et *Kiessl.* (44)

¹²³ praestitit conī. *ed. Frob.*, quam sequi. *recc.*, praestitisse **α**

¹²⁴ ἐπιτάφιον **B²V** et *recc.*, ei ΠΙΤΑΦΙΟΝ **A**, et ΠΙΤΑΦΙΟΝ **B**

¹²⁵ *T. Liui* **α** et *recc.* (cf. §§ 21 et 23), *del. C.F.W. Müll. et Otto*

¹²⁶ (eius) post ingenium suppl. *Gertz*

¹²⁷ operarum **α** et *Feddern* (451) cf. *Cic. Mur.* 21, operum **r** et *recc.*

¹²⁸ et **α** et *recc.* (cf. *Suas. I.16*), at conī. *Håk.* (365), sed conī. *Gertz*, quem sequi. *Müll.* (570), fort. *delendum cens. Müll.* (570)

¹²⁹ partium **V²** et *recc.*, partitum **α**

¹³⁰ filiae **D²** et *recc.*, filii **α**

¹³¹ morte **α** et *recc.*, amatae conī. *Gertz*, quem sequi. *Håk.* (365), *del. Madu. et Kiessl.* (45), (uitae) ante morte *add. Mewes*, (denique) ante morte *add. Schenkl*, morte (suo) *dubit. Müll.* (570), qui quoque lac. post morte *indic.*

¹³² ut uiro dignum erat **α** et *recc.* (cf. § 24), quod uiro dignum esset conī. *Frank* (325 f.)

¹³³ quae **D²** et *recc.*, quam **α**

¹³⁴ nihil suppl. *Lipsius*, qui nil scripsit (quem sequi. *recc.*)

¹³⁵ compos uicto conī. *Mommsen et Rebling*, quos sequi. *recc.*, composito **α**, composite **B²**, compos ipse conī. *Lipsius*, compos ita conī. *ed. Schott.*, compos item conī. *Schult.*, conpoti item conī. *Haase*, conpoti conī. *Burs.* (35), compos in eo conī. *Madu.*, compos illo conī. *Otto*, compos ipso conī. *Gertz*, conpoti ipse conī. *Linde*

¹³⁶ pensarit **V²** et *recc.*, pensaret **α** atque *Kiessl.* (45) et *Feddern* (455), pensauit conī. *Gron.*

¹³⁷ exsequendas conī. *Gron.*, quem sequi. *recc.* (cf. *ThLL V.2.1854.21–38*), sequendas **α**

¹³⁸ aestimator *p.c.* **V** et *recc.*, aestimatur **α**

[23] Cordi Cremuti non est¹³⁹ operae etiam¹⁴⁰ referre¹⁴¹ redditam Ciceroni laudationem; nihil enim ipso¹⁴² Cicerone dignum est, ac ne hoc quidem, quod paene¹⁴³ maxime tolerabile est:

CREMVTI CORDI¹⁴⁴. Proprias enim simultates deponendas interdum putabat, publicas †numquam ui decernendas†¹⁴⁵. cuius non solum magnitudine uirtutum¹⁴⁶ sed multitudine¹⁴⁷ quoque conspiciendus.

AVFIDI BASSI. Sic M. Cicero decessit, uir natus ad rei publicae salutem, quae diu defensa et administrata in senectute demum e manibus eius elabatur¹⁴⁸ uno¹⁴⁹ ipsius uitio laesa¹⁵⁰, quod nihil in salutem eius aliud illi, quam si caruisset Antonio, placuit. uixit sexaginta et tres annos ita, ut semper aut peteret alterum aut inuicem peteretur, nullamque rem rarius¹⁵¹ quam diem illum, quo¹⁵² nullius interesset ipsum mori, uidit.

[24] Pollio quoque Asinius, qui Verrem, Ciceronis reum, fortissime morientem tradidit, Ciceronis mortem solus ex omnibus maligne narrat, testimonium tamen quamuis inuitus plenum ei reddit¹⁵³:

ASINI POLLIONIS¹⁵⁴. Huius ergo uiri tot tantisque operibus mansuris¹⁵⁵ in omne aeuum praedicare de ingenio atque industria superua(cuum est)¹⁵⁶. natura autem atque fortuna pariter obsecuta est. ei quidem¹⁵⁷ facies decora ad senectutem prosperaque permansit ualetudo¹⁵⁸. tunc¹⁵⁹ pax diutina, cuius instructus erat artibus, contigit. namque¹⁶⁰ [a] prisca seueritate iudicis exacta¹⁶¹ maxima¹⁶² noxiorum multitudo prouenit, quos obstrictos patrocinio incolumes plerosque habebat.

¹³⁹ est **V** et *recc.*, esto **AB**

¹⁴⁰ etiam **a** atque *Burs.* (35) et *Feddern* (455), pretium *coni.* *Kiessl.* (45) et *C.F.W. Müll.*, quos sequi. *Müll.* (571) et *Håk.* (365)

¹⁴¹ referre *coni.* *ed. Schott.*, quam sequi. *recc.*, deferre **a**

¹⁴² ipso **r** et *Feddern* (455 f.) fort. recte, ipsea **a**, ipso ac *coni.* *Burs.* (36), quem sequi. *Kiessl.* (45), in ea *coni.* *Gertz*, quem sequi. *Müll.* (571) et *Håk.* (365), in ipsa *coni.* *ed. Schott.*

¹⁴³ paene **a** et *recc.*, per se dubit. *C.F.W. Müll.*, paene ante nihil *transp.* *Müll.* (571)

¹⁴⁴ Cremuti Cordi **a** et *recc.* (cf. §§ 15, 17, 22), del. *C.F.W. Müll.*, quem sequi. *Müll.* (571)

¹⁴⁵ numquam ui decernendas *coni.* *Bücheler*; quem sequi. *Müll.* (571) et *Feddern* (456 f.) cf. *ThLL* V.1.139.65–140.10, numquam uides credendam **a**, numquam auide exercendas *coni.* *Gertz*, quem sequi. *Håk.* (365), numquam ui deserendas *coni.* et nunquam uides credendam dubit. *Burs.* (36), numquam [ui] deserendas *coni.* *Kiessl.* (45), numquam laudes ei reddam *coni.* *Thomas*, an numquam uiribus credendas? – *locus corruptus, necdum sanatus*

¹⁴⁶ uirtutum *coni.* *ed. Frob.*, quam sequi. *recc.*, uirtutem **a**

¹⁴⁷ multitudine **V** et *recc.*, multitudinem **AB**

¹⁴⁸ elabatur *ug* (teste *Fedderno* 137) et *recc.*, habitu **a**, labitur **r**, abit *coni.* *Håk.* (365)

¹⁴⁹ uno *coni.* *Müll.* (571), quem sequi. *Håk.* (365) et *Feddern* (457), non **a** atque *Burs.* (36) et *Kiessl.* (45), hoc *coni.* *Gertz*

¹⁵⁰ laesa **a** et *recc.*, nisi *coni.* *Gron.*, quem sequi. *Burs.* (36), laesa (sed) *coni.* *Schult.*, quem sequi. *Kiessl.* (45)

¹⁵¹ rarius **a** et *recc.*, amarius *coni.* *Lucarini* (145)

¹⁵² quo **r** et *recc.*, quod **a**

¹⁵³ reddit **BV** et *recc.*, redidit **A**, reddidit *coni.* *Kiessl.* (46), quem sequi. *Müll.* (571) et *Wb.*¹ (II, 586)

¹⁵⁴ Asini Pollionis **a** et *recc.* (cf. § 23), del. *C.F.W. Müll.*

¹⁵⁵ mansuris **a** et *recc.*, mansuri *coni.* *Burs.* (36), quem sequi. *Håk.* (366)

¹⁵⁶ superuacuum est *coni.* *ed. Schott.*, quam sequi. *recc.*, superba **a**, superuacaneum *coni.* *Haase*

¹⁵⁷ quidem **a** et *Feddern* (459 f.), (si) quidem **D** et *cett.*, (cui) quidem *coni.* *Burs.* (36), (et) quidem *coni.* *Gron.*

¹⁵⁸ ualetudo **B** et *recc.*, ualitudo **AB**²**V** et *Feddern* (459)

¹⁵⁹ tunc **a** atque *Håk.* (366) et *Feddern* (460), tum *ug* (teste *Fedderno* 137) et *cett.*

¹⁶⁰ namque **a** et *recc.*, (per) eamque *coni.* *Schult.*, in qua *coni.* *Gertz*

¹⁶¹ [a] prisca seueritate iudicis exacta *coni.* *Håk.* (366), quem sequi. *Feddern* (460 f.), a prisca seueritate iudicis exacti **a**, [a] prisca seueritate (e) iudicis exacta dubit. *Kiessl.* (46), a prisca seueritate iudicis declinatis uel inclinatis *coni.* *Sh. Bailey* 1969 (321), ad priscam seueritatem iudicis exactis *coni.* *Gron.*, quem sequi. *Burs.* (36) et *Müll.* (571)

¹⁶² maxima *coni.* *Gron.*, quem sequi. *recc.*, maximorum **a**

iam felicissima consulatus ei sors petendi¹⁶³ et gerendi (magna munera¹⁶⁴ deum!) consilio (suo)¹⁶⁵ industriae¹⁶⁶. utinam moderatius secundas res et fortius aduersas ferre potuisset! namque utraeque cum uenerant¹⁶⁷ ei, mutari eas non posse rebatur. inde sunt inuidiae¹⁶⁸ tempestates coortae graues in eum¹⁶⁹, certiorque inimicis adgrediendi fiducia. maiores¹⁷⁰ enim simultates appetebat animo quam gerebat. sed quando mortalium nulli uirtus perfecta contigit, qua maior pars uitae atque ingenii stetit, ea iudicandum de homine est. atque ego ne miserandi quidem exitus eum fuisse iudicarem, nisi ipse tam miseram mortem putasset¹⁷¹.

[25] Adfirmare uobis possum nihil¹⁷² esse in historiis eius hoc, quem retuli¹⁷³, loco disertius, ut mihi tunc non laudasse Ciceronem sed certasse cum Cicerone uideatur. nec hoc deterrendi causa dico, ne historias eius legere concupiscatis; concupiscite et poenas Ciceroni¹⁷⁴ dabit.

Nemo tamen ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortem deplorauit¹⁷⁵ quam Seuerus Cornelius:

[26] CORNELI SEVERI

oraeque magnanimum spirantia paene¹⁷⁶ uirorum
in rostris iacere¹⁷⁷ suis. sed enim abstulit omnis,
tamquam sola foret, rapti¹⁷⁸ Ciceronis imago.
tunc redeunt animis ingentia¹⁷⁹ consulis acta
iurataeque manus deprensaque foedera noxae
patriciumque nefas extinctum¹⁸⁰; poena¹⁸¹ Cethegi
deiectusque redit uotis Catilina nefandis.
quid fauor aut coetus¹⁸², pleni quid honoribus anni
profuerant¹⁸³, sacris et uita¹⁸⁴ quid artibus acta¹⁸⁵?
abstulit una dies aevi¹⁸⁶ decus, ictaque luctu

¹⁶³ (et) ante petendi suppl. van der Vliet (40)

¹⁶⁴ magna munera **a** et recc., magno munere con. Ribbeck, qui magno munere deum post felicissima transp., magno munere con. Müll. (572), quem sequ. Håk. (366), magna munere con. Edward

¹⁶⁵ (suo) post consilio suppl. Sh. Bailey 1969 (321), quem sequ. Håk. (366), ego acc.

¹⁶⁶ industriae **a** et recc., industriae (magna munera deum) transp. Eussner, industriae (aequauit uel pensauit) van der Vliet (40)

¹⁶⁷ uenerant **a** atque Burs. (36) et Feddern (462) cf. Sall. Iug. 4.4 et Cic. Phil. III.35, euenerant con. C.F.W. Müll., quem sequ. cett.

¹⁶⁸ sunt inuidiae **a** et recc., secutae inuidiae (et) con. Mommsen

¹⁶⁹ graues in eum con. ed. Heru., quam sequ. recc., graues in eo **a**, grauissimae eo con. Kiessl. (46)

¹⁷⁰ maiores **a** et Feddern (463), qui maiores fort. recte cum simultates iungit, maiore **τ** et cett.

¹⁷¹ putasset (putassed Burs. 37 – errore typogr., ut uid.) **B²V** et recc., putas sed **AB**

¹⁷² nihil **B²V** et recc., nisi **AB**

¹⁷³ retuli **a** et recc., rettuli ug (teste Fedderno 138) atque Müll. (572) et Håk. (366)

¹⁷⁴ Ciceroni **a** et recc., certe non con. Håk. (366)

¹⁷⁵ deplorauit **V** et recc., depluit **AB**, defleuit con. Burs. (37)

¹⁷⁶ paene **a** et recc., saepe con. Burmann

¹⁷⁷ iacere **V** et recc., iacueres **AB**

¹⁷⁸ rapti **a** et recc., carpti con. Gron.

¹⁷⁹ ingentia **V** et recc., ingenia **AB**

¹⁸⁰ extinctum con. Gron., quem sequ. recc. (cf. Cic. Catil. III.15 et Pis. 5), est tunc **a**, etiam tum con.

Scaliger, exectum con. Baehrens, detectum con. Jacobs., extincti con. Håk. (367)

¹⁸¹ poena **a** et recc., (et) poena **D**, (ut) poena con. Scaliger

¹⁸² aut coetus **a** et recc., aut cultus con. Barth, adsuetus con. Heinsius

¹⁸³ profuerant **a** et recc. (propter abstulit infra), profuerunt **D** atque ug (teste Müll. 573) Burs. (37)

¹⁸⁴ et uita **a** atque Burs. (37) et Feddern (470), exulta con. Kiessl. (47), quem sequ. Müll. (573) et

Håk. (367), exacta con. ed. Schott., deuota con. Gertz, et uota con. Baehrens, deuincta con. Thomas

¹⁸⁵ acta **D²** atque Burs. (37) et Feddern (470), aetas **a** et cett.

¹⁸⁶ aevi **a** et recc., urbis con. Heinsius

conticuit Latiae¹⁸⁷ tristis facundia linguae.
 unica sollicitis quondam tutela salusque,
 egregium¹⁸⁸ semper patriae caput, ille senatus
 uindex, ille¹⁸⁹ fori, legum ritusque¹⁹⁰ togaeque,
 publica uox saeuis¹⁹¹ aeternum obmutuit armis.
 informes¹⁹² uoltus sparsamque cruore nefando
 canitiem¹⁹³ sacrasque manus operumque ministras
 tantorum pedibus cuius¹⁹⁴ proiecta superbis
 proculcauit ouans nec lubrica fata deosque
 respexit. nullo luet hoc Antonius aeuo.
 hoc nec in¹⁹⁵ Emathio¹⁹⁶ mitis¹⁹⁷ uictoria Perse
 nec tibi¹⁹⁸, dire¹⁹⁹ Syphax²⁰⁰, non²⁰¹ fecit (in)²⁰² hoste Philippo²⁰³,
 inque triumphato ludibria cuncta²⁰⁴ Iugurtha²⁰⁵
 afuerant²⁰⁶, nostraeque cadens ferus Hannibal irae²⁰⁷
 membra tamen Stygias tulit inuiolata sub umbras.

[27] Non fraudabo²⁰⁸ municipem²⁰⁹ nostrum bono uersu, ex quo hic multo melior Seueri
 Cornelii processit:

conticuit Latiae tristis facundia linguae.

SEXTILIVS ENA fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta et plane²¹⁰
 quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas²¹¹ ait, (pingue)²¹² quiddam²¹³ sonantis
 atque peregrinum. is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalae Coruini Pollionem
 Asinium aduocauerat²¹⁴ et in principio hunc uersum non sine assensu recitauit:

- ¹⁸⁷ Latiae **B²r** et *recc.*, lati et **AB**, latae **V**
¹⁸⁸ egregium **V** et *recc.*, etgeium **AB**, et gratum **B²**
¹⁸⁹ ille **a** et *recc.*, illa *coni.* *Burs.* (*teste Müll.* 573)
¹⁹⁰ ritusque **a** et *recc.*, iurisque *coni.* *Heinsius, quem sequ. Håk.* (367), iurumque *coni.* *Lindenbrog*
¹⁹¹ saeuis *coni.* *Scaliger, quem sequ. recc.*, euis **AB**, eius **V**
¹⁹² informes **V** et *recc.*, in fores **AB**
¹⁹³ canitiem *ug (teste Fedderno 139) et recc.*, caniciem **B²V**, ganiciem **AB**
¹⁹⁴ cuius **V** et *recc.* (*cf. § 17*), uices **AB**, auis **D**, uictor *ug (teste Müll.* 573) et *Burs.* (37)
¹⁹⁵ nec in **a** et *recc.*, non *coni.* *Gertz*
¹⁹⁶ Emathio **r** et *recc.*, hematio **a**
¹⁹⁷ mitis **B** et *recc.*, mittis **AV**, tristis *coni.* *Baehrens*
¹⁹⁸ tibi *coni.* *Baehrens (ego acc.)*, te **a** et *recc.*
¹⁹⁹ dire **V** et *recc.*, dires **AB**
²⁰⁰ Syphax **V²** et *recc.*, sypax **a**
²⁰¹ non **a** et *recc.*, nec *coni.* *Baehrens*
²⁰² (in) *post fecit add. ed. Ven., quam sequ. recc.*, fecit **a**, fecerat *coni.* *Kiessl.* (48)
²⁰³ hoste Philippo (filippo **AB**) **a** et *recc.*, false Philippe *coni.* *Baehrens*, Pseudophilippo *coni.* *Gertz*
²⁰⁴ cuncta **a** et *recc.*, tanta *coni.* *Schele*, iuncta *coni.* *Baehrens*
²⁰⁵ Iugurtha **D** et *recc.*, iugurta **a**
²⁰⁶ afuerant *coni.* *Kiessl.* (48), *quem sequ. Fedderno (478)*, afuerat **a**, afuerunt *coni.* *Heinsius et Burs.*
 (38), *quos sequ. Müll.* (573) et *Håk.* (367)
